



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXXIV. Die Markgrafen Ludwig d. Aeltere und d. Römer präsentiren dem  
Stifte Soldin den Franciscus, Scholasticus zu Colberg, zu einer  
Majorpräbende, am 2. Mai 1350.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

ecclesie Soldinenſi incumbencium, ob honorem et laudem omnipotentis Dei, glorioſe virginis Marie matris ejuſ, ex maturo noſtri conſilii conſilio damus et assignamus per preſentes juſ patronatus opidi Schöwenflith et ville Mantel immo ipſas eccleſias cum univerſis eorum pertinentiis, quibuſcunq̄ cenſeantur nominibus, ipſis eccleſiis de jure vel conſuetudine rite pertinentibus, Ita ſane quod preſatas eccleſias per ſe vel per alios potuerit officiare, prout eidem capitulo Soldinenſi videbitur expedire. Renunciamus quoque pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni juri, quod nobis et ſucceſſoribus vel heredibus noſtris ex nunc in dictis eccleſiis competit aut in eiſdem in futuris poſſit competere quoviſmodo. In cujus etc. Teſtes Hufener, Bombrecht, Nimirus de Hele, Hager et Wolkow de Morin. Actum Frankenſurd, Anno MCCCL, feria II ante palmarum. Datum vero Soldin, dominica ante Valburgis.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geſ. Staatsarchives ſ. 240 und dem v. Sachſwig'schen Copialbuche.

XXXIV. Die Markgrafen Ludwig d. Aeltere und d. Römer präſentiren dem Stifte Solbin den Franciſcus, Scholaſticus zu Colberg, zu einer Majorpräbende, am 2. Mai 1350.

Ludovicus et Ludovicus etc. honorabilibus viris Ludolpho prepoſito, Th. decano et toti capitulo eccleſie collegiate Soldin gratiam etc. Multiplicia probitatis et ſerviciorum honorabilis viri Franciſci, Scholaſtici eccleſie collegiate Colbergenſis, merita nobis et noſtris per ipſum ſepius exhibita exigunt, quod ipſum ſpecialibus noſtris graciis et fauoribus amplectemur. Vnde vobis uniuerſis et ſingulis ſerioſius precipimus et mandamus, quatenus eundem, dum facultas ſe obtulerit, ad gradum adipiſcendum quandam prebendam proxime vacaturam maiorem in eccleſia veſtra recipere non tardetis, ipſam eidem dum vacauerit cum plenitudine, ſicut moris eſt, in dicta eccleſia juſ canonice ſine contradiccione qualibet assignando. Quod ſi non feceritis, noſtram indignacionem grauiter noueritis incurſuros. Datum Arnſwold, Anno M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup>, dominica poſt philippi.

Aus dem v. Sachſwig'schen Copialbuche.

XXXV. Markgraf Ludwig verkauft der Stadt Solbin das Dorf Werbelitz, am 12. Mai 1350.

Noverint etc. quod nos Ludovicus, prudentibus viris conſulibus civitatis noſtre Soldin, fidelibus noſtris et dilectis, preſentibus et futuris, damus preſentibus et donamus proprietatem ville Worbelitz, ſite prope civitatem ante dictam, ſic quod eadem villa cum omnibus juſibus ſuis, ob-